Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

per circuitum · ⁊ quinquaginta ci
bitis in suburbana eius per gi
rum · et a mensura eius mensu
rabis longitudinem · xx · milium
et latitudinem eius · x · milium
⁊ in ipso erit templum sanctumque
sanctorum · Sanctificatum de
terra erit sacerdotibus ministris
sanctuarii · qui accedunt ad mi
nisterium domini · ⁊ erit eis locus
in domos · ⁊ in sanctuarium sanctita
tis · Viginti autem ⁊ quinque milia
longitudinis · ⁊ · x · milia latitudi
nis erunt levitis qui ministrant
domui · ⁊ ipsi possidebunt · xx · ga
zophilacia · ⁊ possessionem civi
tatis dabitis quinque milia lati
tudinis · ⁊ longitudinis · xx · quinque
milia secundum separationem sanc
tuarii omni domui israel · Principi
quoque hinc ⁊ inde ⁊ in separationem
sanctuarii ⁊ in possessionem civita
tis · ⁊ contra faciem separationis
sanctuarii ⁊ contra faciem pos
sessionis urbis a latere maris
usque ad mare · ⁊ a latere orientis
usque ad orientem · Longitudinem
autem iuxta unamquamque partium
a termino occidentali usque ad ter
minum orientalem · de terra erit
possessio in israel · ⁊ non depopulabun
tur · ultra principes populum meum
sed terram dabunt domui israel se
cundum tribus ~~israel~~ eorum · Hec
dicit dominus deus · Sufficiat
vobis principes israel · iniquitates
et rapinas intermittite · et iu
dicium et iustitiam facite · Sepa
rate confinia vestra a populo meo
ait dominus deus · Statera iusta
et ephi iustum · ⁊ batus iustus erit
vobis · Ephi ⁊ bathus equalia ⁊
unius mensure erunt ut capiat
decimam partem chori bathus ⁊
decimam partem chori ephi · Iuxta
mensuram chori erit equa libra
tio eorum · Siclus autem · xx · obolos
habebit · Porro · xx · quinque sicli
mnam faciunt · Et he sunt pri
mitie quas tolletis sextam partem
ephi de choro frumenti · ⁊ sextam
partem ephi de choro ordei · Mensura
quoque ~~ordei~~ olei · Bathus olei · deci
ma pars chori est · Et decem bathi
chorum faciunt quia decem bathi
chorum implent · ⁊ arietem unum
de grege ducentorum · de his que
nutriunt israel in sacrificium · et
in holocaustum · ⁊ in pacifica · ad ex
piandum pro eis · ait dominus
deus · Omnis populus terre tene
bitur primitiis his · principi in israel
et super principem erunt holocau
sta · ⁊ sacrificia ⁊ libamina in sol
lempnitatibus · ⁊ kalendis · ⁊ in
sabbatis · ⁊ in universis sollemp
nitatibus domus israel · Ipse faciet
pro peccato sacrificium ⁊ holoca
ustum · ⁊ pacifica · ad expiandum
pro domo israel · Hec dicit dominus
deus · In primo mense prima
mensis sumes vitulum de armen
to inmaculatum · ⁊ expiabis sanc
tuarium · ⁊ tollet sacerdos de sanguine